



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

Sectio I. De Præcepto octauo Decalogi, receptiores absque lite sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

LIBER XXXV.
OCTAVVM DECALOGI.
PRÆCEPTVM.

PRÆCEPTVM octauum Non falsum testimonium dices prohibet proximorum iniurias in iudicio, & extra iudicium aduersus proximum & dictis, & factis. In presenti geram sermonem de verborum iniuriis extra iudicium proximo illatis: unde de Detractione, ac contumelia; de honore ac dedecore, de infamia & bona fama, de iudicio temerario, suspitione, Mendacio, & susurratione nonnulla pacificus inuiam, plura pugnae expendam. Verum de peccatis, quæ in iudicio à Iudice, Tabellione, Teste, Reo, aliisque personis, ex quibus iudicium externum constituitur, committuntur, volum. 10. ubi de statu seculari sermo procedet, Deo auspice tractationem institutam.

SECTIO PRIMA.

De Præcepto Octauo receptiores absque lite Sententiæ.

CAPVT I.

De Fama, & Infamia: de Honore, ac Dedecore generatim.

PRIMÆ sunt aliquem infamandi species, quæ quidem ad quatuor præcipuas reducuntur, nempe ad Detractionem, contumeliam, iudicium temerarium, & Insurrectionem. Hi sunt quatuor præcipui infamandi modi. Præmittam, quid sit Fama & honor, ut innotescat, quanta in vnaquaque harum specierum malitia insit; apparent enim magis contraria ex contrariorum oppositione.

Famam igitur sic Theologi describunt: Est bona multorum æstimatio de aliquo concepta circa eius vitam, & mores. E contrario Infamia est mala multorum æstimatio de aliquo concepta circa eius vitam & mores. Constitunt formaliter

fama & infamia in iudicio & æstimatione interea hominum bona vel mala circa aliquem, eiusque vitam, ac mores. Porro infamia non solum vitiis, & male factis publicè gestis, sed etiam frequenter per peccatum Detractionis contrahitur. Tolet. l. 5. c. 6. 3. Sorus l. 5. de inst. q. 5. a. 1. & alij communiter.

Iam verò Honor est restitucio quadam bonæ opinionis, & excellentiæ alterius verbis, vel signis externis facta. magis autem signis, quàm verbis consistit. Verbis quidem, ut cum quis aliquem honorificè effert, vocitando eum prudentem, sapientem, nobilem, virtute præditum; signis verò, ut in genuculationibus, corporis submissione, inclinatione capitis, &c. cum enim homines volunt honorari testimonium excellentiæ suæ publicè cupiunt exhiberi. D. Tho. 2. 2. q. 103. a. 1. ad 2. & a. 2. ad 1. Caiet. ibi. Thomista, & alij communiter.

Dedecus autem est restitucio male opinionis, vel pessimæ æstimationis alicuius hominis verbis, vel signis, & magis signis, quàm verbis manifestata. Unde si quis virum fuste cadat animo dehonestandi illum, seu honorem auferendi, & similiter verbis iniuriis eodem animo offendant;

Quatuor præcipuas infamandi species.

Fama, infamia, quæ deest.

sendat, magis enim fiste, quam verbis dehonestat. Omnes sic.



CAPVT II.

De Mendacio.

5
Quia Mendacium.



MENDACIUM est falsa significatio vocis cum intentione fallendi. Vnde ad mendacium tria requiruntur. Primum, quod falsum profertur. Secundum, quod falsum esse credatur. Tertium, quod audiens fallatur, vel deceptio intentatur. Hinc mendacium formaliter, ac directe veritati opponitur, ac proinde falsum debet esse, vel re ipsa, vel saltem ex dicentis opinione; idem enim mendacium dicitur, quia contra mentem dicitur. Formale autem mendacii in hoc consistit, ut qui profert, putet falsum esse, quod asserit: nam qui asserit aliquid falsum, quod putat esse verum, non formaliter, sed materialiter mendacium profert. D. Thom. 2. 2. q. 110. artic. 11. Sayr. in Clavi. libro 12. capite 2. numero 2. Filiuc. tract. 40. cap. 2. num. 33. Lessi. lib. 2. cap. 47. dub. 8. num. 33.

6
Mendacii diuisiones.

Dupliciter diuiditur. Primum secundum propriam rationem ipsius, seu per se, & sic diuide in mendacium, quod transcendit veritatem in maius: quod circa materiam determinatam pertinet ad *astutiam*; & in mendacium, quod deficit a veritate in minus, quod pertinet ad *ironiam*. Secundum si consideretur ex parte finis, ob quem committitur, diuiditur in *pernitiosum*, *officiosum*, & *iocosum*. Pernitiosum dicitur, quod nocumens alterius intentione profertur. Officiosum est, dum intenditur bonum utile alterius, vel alicuius damni fuga. Iocosum appellatur, quod causa voluptatis propriae, vel alienae dicitur. Nauar. sum. cap. 18. num. 3. Toler. de peccat. mortal. cap. 54. Filiuc. tract. 40. num. 34. Azor. part. 3. lib. 13. cap. 1. Syluest. verb. Mendacium, q. 1.

7
Omne mendacium est peccatum.

Omne mendacium est peccatum. Quia cum voces naturaliter sint signa intellectus, seu rerum prout intellectus sunt, innaturale est, aliquem voce significare, quod non habet in mente. Vnde ex genere suo aded malum est, ut nunquam sit licitum etiam ad vitandum scandalum, aut aliud quodunque malum, aut corporale, aut spirituale: imò nec ad saluanda hominis corporalem, aut spirituales vitam. Non est tamen mendacium, cum quis a philosophia, vel restrictione tacita utitur. Quia non intendit dicere falsum, nec contra mentem loqui; sed vel mentem suam aliter quam intelligit aliter exprimere: vel non totam exprimere, sed solum ex parte, altera orationis parte interius retenta. Lessi. lib. 2. cap. 47. dub. 6. num. 35. & 39. Bonacin. de mendac. quest. vni. puncto secundo, numero primo. Caiet. verb. Mendacium.

8
Officiosum & iocosum veniale est.

Porro mendacium officiosum, & iocosum absque iuramento prolatum ex actus naturae lethale non est, sed veniale tantum, graui scandalo excluso. Quia huiusmodi mendacium

nulla grauem affert iniuriam, & leuis materia censetur. Nauar. sum. cap. 18. num. 3. Lessi. lib. 2. cap. 47. dub. 6. num. 40. Sayr. in Clavi. lib. 12. c. 2. num. 18.

Pernitiosum vero cum deliberatione prolatum ex genere suo lethale est, nisi ex materiae leuitate excusetur. Quia contrariatur Dei, vel proximi dilectioni. Hinc mentiri in re Fidei, scripturae, vel morum, pernitiosissimum sua ex natura est. Necnon est lethale in doctrinis naturalibus mentiri, si ad virtutis, vel viti praxim pertineant, quamvis omne scandalum, aut contemptus secludatur. Vnde Concionator scienter ex fugestu proferens falsa miracula, vel vitam Diuorum aliter quam sit effingens, vel enuncians falsas indulgentias, vel falsas exponens reliquias, grauius delinquit. Similiter hypocrita, qui vitae fingit Sanctitudinem, ut facilius seminet errores, vel ut sibi vberiores elemosinae erogentur, vel Beneficium, quo est indignus, assequatur: aut morbum, vel vulnera, vel pauperitatem simulat, ut sibi maiora subsidia praestentur, quam opus sit ad vitam commodè sustentandam, peccat lethaler ex pernitioso mendacio, posita materiae, seu damni grauitate. Nauar. sum. cap. 18. numer. 4. & 5. Caiet. 2. 2. q. 110. art. 4. Syluest. verb. Mendacium, quest. 4. Filiuc. tract. 40. num. 38. Azor. part. 3. lib. 13. cap. 1. q. 6.

Lethaliter non peccat, qui sine graui proximi damno mendacium profert, etiam si in iudicio, vel in Sacramento Confessionis profert, modò non sit cum iuramento coniunctum: & si in Confessione fiat, non sit circa materiam necessariam, vel circa totam confessionis materiam. Nec qui habitu, sexum mentitur, ut si femina habitu virili, vel vir femineo utatur, modo grauis scandali non adfit periculum, vel ab aliqua speciali lege prohibeatur sub piaculo graui. Quia non est mendacium pernitiosum, sicut solummodò venialiter delinquit, qui larulis in Bacchanalibus secluso malo sine vitur. Azor. part. 3. lib. 13. cap. 4. q. 6. Syluest. verb. Fama, numero secundo. Tale. ibi. num. 4.

Haud rea est mendacii mulier, dum bonis mediis aliis licitis defectum virginitatis tegit. Quia cum non intentat alterum decipere, sed ius suum tueri, mentiri non dicitur: modò vir ob defectum non manifestatum graue dampnum patiatur, (quod non facile video): aut si in contractu matrimonij, vel in sponsalibus expresserit, se contrahere cum ea nolle, nisi virgo sit. Quia tunc virum decipere dicitur, eique iniuriam irrogare. Sanch. de matrim. lib. 6. d. 27. num. 8. Nauar. cap. Inter verba, concl. 1. corol. 6. num. 60. Sotus in 4. dist. 29. q. 2. art. 3.



CAPVT III.

De Detractione.

DETRACTIO est aliena fama occulte & iniuste denigratio. Duo hinc ad detractionem requiruntur. Primum, ut aliquid dicatur, vel eo modo, ut alicuius fama

Sect. I. De Præcep. 8. Recept. Sentent. 359

12 Contumelia & astimatio; quam in animo alterius possidet, imminui possit. Secundò ut id fiat occultè (saltem iuxta dicentis intentionem). Vnde detractio specie à contumelia differt: per detractiōem enim proximus clam læditur, per contumeliā verò apertè & in præsentia offenditur, propterea detractio directè lædit famam, contumelia autem honorem. Minus autem peccatum est detractio, quàm contumelia; quia minus bonum aufert. D. Tho. 2. 2. q. 73. art. 1. Sayr. in Clau. lib. 11. cap. 3. num. 5. Bonac. de restit. d. 2. ques. 4. pun. 2. Filiuc. tract. 40. num. 87.

13 Octo detractiōis modos enumerò, eiusdem quidem speciei. Quia in ratione læsionis famæ solummodo secundum magis & minus distinguuntur. Horum quatuor directè & quatuor indirectè sunt. Directè quidem primò, imponendo alteri crimen falsum scienter. Secundo cum quis peccatum alterius verbis, aut signis exarget. Tertio, reuelando crimen occultum quamvis verum. Quarto, honestum alterius factum in partem suam explicando. At indirectè sit Primo, negando rectè facta, vel minuendo eadem facta aut dotes. Tertio, tacendo alterius bona eo loco, ac tempore, quo silentium illud pro tacita vituperatione accipiunt. Quarto, frigide laudando, si id in opprobrium laudati cedat. Reginal. lib. 24. num. 49. Syluest. v. Detractio, num. 1. Lessi. lib. 2. cap. 11. dub. 2. num. 8. Molina tract. 4. d. 27. Sylui. 2. 2. q. 73. art. 1.

14 Alia est detractio formalis qua peccatum vel naturalis defectus alterius manifestatur infamandi intentione: alia materialis, qua aliquid natura sua diffamatum dicitur sine detrahendi intentione. Detractio formalis suo ex genere peccatum est lethale. Quia sua ex natura notabile proximo infamam damnum infert. At ratione ineliberationis, vel leuitatis materiæ potest esse veniale. Lessi. l. 2. cap. 11. dub. 13. Syluest. v. Detractio, num. 2. Reginal. lib. 24. num. 71. Diana part. 5. tract. 5. resol. 69.

15 Materialis Detractio etiam est mortale, si id quod narratur, grauius proximi famam lædat, quamvis id non intendatur, sed ex quadam loquacitate defectus alterius enarrentur. Quia implicitè, et si non expresse, læsio proximi intenditur. At si quod narratur parum lædat, veniale erit. Porro quando defectus veniales, attentata persone conditione, magni momenti censentur: ut si quis de viro graui diceret esse mendacem: mortale erit piaculum, præsertim si hoc in faciem per contumeliā ei obliqueretur. Lessi. l. 2. c. 11. dub. 3. n. 12. Azor. tom. 3. l. 13. c. 7. q. 4. Sayr. in Clau. l. 11. cap. 6. n. 2. Diana p. 5. tr. 5. resol. 69.

16 Equidem licet materia sufficiens ad mortalem detractiōem sit, famam proximi grauius lædi: si tamen ex huiusmodi narratione alterius fama notabiliter non lædatur, non erit sufficiens ad mortale materia. Quia dāni parui excusat. Ex c. si quis dicitur, militem esse puellæ decepto re, commississe duellū, habere concubinam: vel adolescentem esse prodigum, amoribus addictum: feminam rixari, sæcularē fregisse ieiuniū: vel si generalibus nominibus peccatorum mortaliū aliquis infametur, ut si dicatur, illum esse superbū, auarū, iracundū,

plurimūque hæc proferre, lethale non erit, nisi ob personā, de qua proferuntur, dignitatem pro grauius vitiis essent accipienda. Frequenter autem pro inclinationibus naturalibus accipiuntur, venialesque defectus denotant. Nauar. sum. cap. 18. num. 24. Lessi. l. 2. c. 11. dub. 2. num. 16. & 17. Syluest. v. Detractio, num. 2. Sayr. in Clau. lib. 11. cap. 6. num. 3. Reginal. lib. 24. num. 76. Diana part. 5. tra. 5. resol. 69.

Regulariter loquendo de se peccatum mortale non est, alicuius naturales reuelare defectus: ut esse spurium, ex Iudæis, vel Mahometanis ortum, aut patri infamatum, imprudentem, ignarum, coelem, claudum, &c. si quis si notabile damnum inde non capiat. his verè labore: dummodo ex tali reuelatione notabile damnum non intendatur, aut illi sufficiens causa detur, vel infamiam non obiciatur, cum magnæ contristationis alterius periculo. Quando autem bonus, ac iustus mouet finis huiusmodi defectus reuelatorem, à mortali excusabitur, quamvis alter damnum inde patiat: verbi gratiā quum ad informationem interrogatus veritatem aperit. Nauar. l. 2. de restit. cap. 4. num. 307. Reginal. lib. 24. num. 79. Sayr. in Clau. lib. 11. cap. 6. nu. 4. Diana part. 5. tract. 5. resol. 69.

17 Qui de Religionis statu in cōmuni detrahit, ultra peccatū detractiōis lethale, heresis etiā de statu Religionis in cōmuni detrahit. suspensio incurrat, quasi male de statu Regulari fecerit. Nec lethale est totā aliquā Religionē vel Monasterium infamare dicendo: In tali Monasterio obseruatio regularis non est. Etiā qui peccatū alicuius priuati de Religionē, aut Monasterio detegit personam nominando mortaliter delinquit. Quia infamia nō solum in delinquentem, sed etiam intotam Religionem affolet redundare. Sotus de iust. l. 4. q. 6. a. 3. Sayr. in Clau. c. 11. c. 6. n. 20. Nauarra de rest. l. 2. num. 355.

18 Quis pressio personæ nomine, dicit. In tali oppido multi improbi adsunt, & vnus ex eis adulterium commisit: lethaliter nō peccat. Quia nullus in particulari infamatur, vnde nullus grauius læditur. Secus dixerim de illo, qui peccatum secretum Religiosi explicato Monasterio, vel Religione, quamvis persona taceatur: peccat enim mortaliter. Et ratio disparitatis est, quia personæ oppidi cuiusvis non tantam perfectionem, ac Religiosi profitentur. Petr. Nauar. de restit. l. 2. num. 358. Azor. part. 3. lib. 13. c. 7. Molina tom. 4. d. 27. Sayr. in Clau. lib. 11. c. 6. num. 21.

19 Quando quis de vno vel altero crimine infamis est non erit mortale detegere illius alia crimina quæ sunt valde affinia, & ordinatiè cuncta grauiori crimini, quod publicum est. Quia non censetur noua infamia si verò crimina non sint ita connexa non solum est contra charitatem, sed etiam contra iustitiam illa referre, præsertim si sint alterius generis. Quia qui infamis est in vno genere vitij, non ideo amisit ius, quod habet in aliis virtutibus, ideoque non potest in aliis vitiis infamari. Reginal. lib. 24. num. 82. Nauarra de restit. l. 2. cap. 4. num. 326. Lessi. lib. 2. c. 11. dub. 14. Sylui. 2. 2. q. 62. art. 2.

20 Peccatum detractiōis non est, infamare hominem, qui fictis virtutibus per hypocrisis & falsas imposturas famam virtutum mortaliū

17
Nec est lethale narrare naturales defectus defectus damnum inde non capiat.

18
Lethale est de statu Religionis in cōmuni detractare.

19
Secus qui, pressio nominis personæ dicito in tali oppido possunt improbi.

20
Non est lethale, detegere alia crimina illius, quæ sunt valde affinia crimini de quo est infamia.

21
Nec infamia est cum quis

falsi virtuti-
bus famam
in populo ad-
eptum est gra-
ui damno
Reipublica.

moralium, vel intellectuum est in Republi-
ca adeptus, quando ipsi est noxius: ut si quis se
fingeret Medicum, aut Theologum eximium,
quem scio esse ignarum, aut falsum edocere.
Si vero per talem famam inique acquisita
nemini nocet, minime eum infamare licebit,
sicut nec ullum alium occultum peccatorem.
Valentia 2.2.d.5. qu. 17. punct. 2. dub. 3. Salo-
n. ibi. qu. 73. art. 2. Lessi. lib. 2. cap. 11. dub. 10. Sorus
de inst. lib. 5. qu. 10. art. 2.

22
Nec referre
alij iniuriam
ab alio acce-
ptam solatij
accipit di.
gratia.

Qui iniuriam sibi ab altero illatam alteri
refert detrahendi iniectione, ad propriam vin-
dictam, mortaliter peccat. Quia est formalis
detrahitio. Si autem eam refert, ut consolatio-
nem, aut consilium ab amico recipiat, vel ut
dolorem mitiget, non peccat. Quia utitur suo
iure, & per accidens est, quod alterius piacu-
lum detegatur. Intellego tamen, modo non re-
ferat pluribus, quam opus est ad consilium,
vel solamen capiendum. Nauarra de re. it. lib.
2. cap. 4. num. 146. Lessi. lib. 2. cap. 11. dub. 12. Dia-
na part. 3. tract. 5. resol. 32. Moli. tom. 4. d. 27. n. 5.
Sayr. in Clau. lib. 11. cap. 3. num. 10.

23
Nec occulta
alterius pec-
cata alij re-
ferre absque
asseratione,
male graui-
tatem non sibi
est.

Referre occulta peccata alterius absque as-
seratione, non est gravis detractionis pecca-
tum, modo referens non sitantæ autoritatis,
ut sit illi credendum, vel non augeat, & con-
firmet magis audita, aut non referat coram iis
qui, postea rem eandem sint aliis manifesta-
turi, sine eiusmodi restrictione. At si erimina-
line valde graui, & heresis, proditio, piazpo-
stera libido, & verosimile sit, ex narratione
auditoribus malam suspensionem narrati crimi-
nis suboritur, esset peccatum lethale cõ-
tra iustitiam. Quia talis suspitio est magnum
respectu honestæ personæ nocumentum. Sayr.
in Clau. lib. 11. cap. 3. num. 14. Azor. tom. 3. l. 13.
cap. 6. qu. 6. Nauarra. sum. cap. 18. num. 36. Reginald.
lib. 14. num. 77. Arag. 2.2. qu. 62. art. 1. dub. 6. Dia-
na part. 3. tract. 5. resol. 28. Sylui. 2.2. qu. 62.
art. 2. questio 16.

24
Non est con-
tra iustitiam
reuelare cri-
men alterius
publicum, eo
loco, ubi igno-
rantur.

Cum alterius crimen est publicum, illud re-
uelare in loco, ubi ignoratur, non est lethale
peccatum contra iustitiam. Quia ex publicitate
delinquens ius ad famam amisit, ideoque
iniuria non afficitur. Verum publicum esse
peccatum tripliciter accidere potest. Primum si
sit notorium iure per iudicam sententiam,
vel per confessionem in iudicio, vel per legiti-
mam testimonij depositionem. Secundò, si sit
notorium facto, id est, si in multorum præsen-
tia est perpetratum. Tertio, si sit famosum, cu-
ius notitia ex sufficientibus indicijis orta ad
multos peruenit, itavt maior pars oppidi, vel
pagochiæ, vel vicinæ, vel congregationis illud
norit. Bañes 2.2. quest. 73. art. 2. dub. 3. Lessi. lib.
2. cap. 11. dub. 13. Sa v. Infamare, num. 5. Nauarra.
sum. cap. 18. num. 26.

25
Potest vero
esse contra
iustitiam
gravis deli-
ctum.

Fieri autem potest, ut sit peccatum mortale
contra charitatem referre crimen publicum
alterius eo loco, quo fama non nisi post lon-
gum tempus esset peritura, & maximè si al-
ter erat, inibi bonæ famæ. Quia tunc proximo
in re magni momenti fit læsio, & qui deliquit
gravi merore afficitur. Bonacin. de restit. d. 2.
qu. 4. punct. 6. num. 2. Sayr. in Clau. lib. 11. cap. 6.
num. 25. & 26. Malder. 2.2. tractat. 7. capite 1.
dub. 6. Nauarra de restit. libro 2. capite 4. nume-
ro 288. An sit contra charitatem, sessio, 2.
patebit.

Detrahtoris auditor non minus mortaliter
delinquit quam ipse detractor, si causa sit de-
tractionis iuvando, incitando, interrogando,
laudando, approbando, &c. imò magis delin-
quit. Quia est alteri causa detrahendi; detra-
ctor enim solum est sui piaculi author, ille ve-
rò, & sui, & alterius; unde ad restitutionem te-
netur, nisi ipse detractor restituat. Idem dixe-
rim de illo, qui audiendo detractorem lætatur,
non tamen inducit, nec excitat continuandus.
At si delectatio capiatur ex detractoris
eloquentia, vel curiosa factorum proximorum
cognitione absque desiderio, ut alter detrahat:
lethale peccatum non erit. D. Thom. 2.2. qu. 73.
art. 4. Caiet. verb. Detrahtio. Molina tom. 4.
d. 34. Sylui. 2.2. d. 73. art. 4. concl. 1. Diana part.
3. tractat. 5. resol. 35. Reginald. lib. 24. num. 95.

Qui nec inducit, nec lætatur, tamen audies
non resistit detrahenti, cum possit, aliquando
lethaliter, aliquando venialiter delinquere, ali-
quando nullo crimine sine reus. Lethalis culpa
est, si infamia sit graui, & facile possit eam
impedire. Unde si Superior sit, qui ex officio
tenebatur infamiam proximis impedire, in de-
fectum inferiori detrahentis ad restitutionem
obligabitur. Veniale est piaculum, si detrahtio
sit levis; si est quidem de re graui, tamen est
solum apud vnum, vel duos, qui rem omnino
silentio inuolunt: si nimia verecundia, vel
animi pusillanimitate non audeat resistere. Nul-
lum peccatum erit detrahenti non resistere
ob bonum finem, nempe ex necessitate, vel
pietate, vel ex iusto timore, vel quia si alius
nullus ex resistentia expectatur, sed potius ti-
metur, quod detrahens ex ea deterior fieret.
Tolet. lib. 5. cap. 67. num. 23. & 5. Nauarra. sum.
cap. 18. num. 34. Filliuc. tractat. 40. cap. 4. quest.
14. Lessi. libro 2. capite 11. dubio quarto, num. 21.
Reginald. lib. 24. num. 95. Diana part. 3. tract. 5.
resol. 35.

Proprios defectus tam culpæ, quam naturæ
propalare, ex suo genere mortale non est, ne-
que contra iustitiam, neque contra sui chari-
tatem. Quia homo est dominus suæ famæ, si
cut suam opum, & illam imminuendo, aut
lædendo nulli facit iniuriam. Imò ad facere,
potest opus esse virtutis: sic Diui ad maiorem
sui demissionem suam in scriptis crimina exara-
runt. Molina tom. 4. d. 17. numer. 3. Bañes 2.2.
qu. 73. art. 2. d. 2. Sa v. Infamare, numer. 1. Na-
dar. sum. cap. 8. num. 27.

Potest tamen ex accidenti peccatum mor-
tale esse, se ipsum infamare, scilicet quando
exponens quis sua graui delicta, de illis glo-
riatur, & sibi complaceat. Vel quando infamat
se de atroci crimine nempe de heresi, de Sa-
cilegio, de proditio. Quia huiusmodi cri-
mina audientium exundant in scandalum. Vel
quando est persona publica, cuius fama est ad-
modum utilis salutarum, quorum cura ei in-
cumbit. Vel quando talis infamatio propriæ
vitæ vergit in damnum: ut si aperiat viam ad pec-
catum, ex quo sua, vel alterius damnatio ad
mortem, aut men bñi mutilatio sequatur. Vi-
quod quis se infamat sociorum graui incom-
modo: verbi gratia, si Religiosus crimen suum
detegat, ex quo Religioni notabilis hæret in-
famia. Vel quando crimen falsum de se pio-
fert, cum iuramento; omne enim perjurium
peccatum est lethale. Nauarra de restit. lib. 2.
cap. 4.

ESCOBAR
Theol. Moral.
Tom. III. IV.
E. IV.

denunciatio ob Sacramenti reuerentiam, & ad peccatum uitandum. Tertia, si tu ipse in graue incidas discretum, nisi commissum tibi arcanum reuelas; quia sicut alia debita, ita, & obligatio secreti cessat, quando sine maximo detrimento propriae vitae, aut famae asseruari non potest. Porro si ex secreti reuelatione periclitetur vita eius, qui tibi commisit: ex silentio autem tuo grauissime tuus honor, fama, vel dinitiae periclitentur: viri prudentis arbitrio omnibus spectatis circumstantiis perpendatur, num tantam obligationem retinendi in te volueris, aut debueris suscipere. Laym lib. 3, sect. 5, tract. 3, part. 2, cap. 5, num. 2. Lessi. l. 1, c. 1, d. 8. Molina tom. 4, tract. 4, d. 37, concl. 5. Azor. tom. 3, lib. 1, cap. 11, qu. 9.

38 *Reipublicae, vel exercitus secretum, cuius etiam ob reuelationem in magnam cedet perniciem, etiam ob quouis tormenta, aut mortis periculum, reuelare non licet. Quia salus Reipublicae tanquam bonum maius propriae vitae est anteponendum: quare ad hoc ipsum praestandum quis potest obligari.* Nauar. sum. cap. 18, num. 54. Bonac. de rest. d. 2, q. 1, punct. vni. num. 8. Diana p. 6, tract. 6, resolut. 60. Molina tom. 4, tract. 4, d. 37, num. 9.

39 *Qui secretum violat absque iusta causa cum alterius detrimento, ad restitutionem tenetur. Quia causa iniusta damni restituendi est obnoxia. Et hoc verum non solum quando secretum commissum fuit cum pacto expresse, ne manifestaretur: sed etiam quando fuit cum pacto tacito commissum. Profecto ille, cui concreditum est secretum, potest Iudici interroganti respondere cum iuramento, se nihil scire, addita restrictione, ut illi aperiat, vel equiuocatione. Quia habet iustam causam ea vitandi, cum Iudex non possit ad secreti manifestationem cogere, quod ex naturali obligatione seruandum est.* Nauarra de rest. lib. 2, cap. 4, num. 229. Bannes 2, 2, qu. 69, art. 2. Manu. part. 1, sum. cap. 79, num. 13.

40 *Qui aperit, legitque literas sigillo munitas, aut qui in locro secreto asseruabantur, lethali-ter peccat, si hoc gerat prauitens, inde aliquod notabile damnum oriturum: aut si ille, qui literas clausas, mittit, vel asseruat, valde cupit, ea, quae continentur in litteris occulta retine-ri. Quia in his casibus fieri potest, ut quamvis non adsit notabile detrimentum, nihilominus tanta fiat iniuria quae ad lethale piaculum per-tingat. Qui vero legit sine graui iniuria, aut notabilis damni periculo, sed ob curiosita-tem, causa sciendi noua, aut ridendi ob com-positiois inelegantiam, non delinquit morta-liter. Quia nulli grauem infert iniuriam.* Nauar. sum. cap. 18, num. 53. Sa verb. Littera. Molina tom. 4, tract. 4, d. 36, num. 2. Manu. sum. tom. 2, cap. 55, num. 2.



CAPVT V.

De Contumelia, & Derisione.

41 *Contumelia est iniuria, qua quis alteri honorem auferit dictis factis, vel irrisoribus in-*

presentia prolatis. Haec dehonoriatio tribus mo- dis fieri potest. Primo, cum quis profert verba iniuriola in praesentia. Secundo literis, & li- bello, ita ut ad eius notitiam perueniat. Tercio, in absentia, cum ea tamen intentione, ut talia verba in eius notitiam deueniant. Proprie ta- men loquendo, contumelia consistit in verbis iniuriolis in praesentia eius, cuius honori offi- cis, prolatis. Improprie, & secundario potest consistere in factis, quatenus significant inten- tionem nostram de ledendo alterius honorem. D. Thom. 2, 2, qu. 72, art. 1. Azor. part. 1, lib. 13, cap. 5. Nauar. sum. cap. 18, num. 10, 11, & 12. Lay- man lib. 3, tract. 3, part. 2, cap. 6, numer. 2. Sayr. in Clau. lib. 12, cap. 4, num. 2.

Ex genere suo contumelia peccatum est le- thale. Quia grauitur laedit proximi honorem, qui est bonum melius diuinitus. Ratione tamen paruitatis materiae, & nocimenti, quod infert potest esse veniale: v. gr. cum quis leue conui- cium iactat leuiter laedendi honorem inten- tione. Imò aliquando nullum erit peccatum, ut cum quis per locum, vel correctionem conui- tium dicat, vel cum inuincibiliter ignorat laesionem honoris secuturam. Reginald. lib. 24, num. 100. Fillius. tract. 40, num. 71. Bonac. de re- sit. d. 1, qu. 5, punct. 1, num. 3.

Profecto contumelia materialis, scilicet, qua- ad quis verba profert sine dehonoriandi inten- tione, quamvis suo ex genere lethalis non sit, aliquando tamen ex accidenti erit mortalis, si aliquando venialis tantum, aliquando nullum peccatum erit. Mortalis inquam, si ex ipsa pro- latione verborum alter notabiliter in honore laedatur, siue ex ignorantia crassa, siue ex inad- uertendi negligentia culpabili id proueniat. Ven- nialis erit propter cautelae defectum, ut alio- communitur fieri inter mulierculas, pueros, ac homines infime sortis, qui solent sese contumelias aspergere ex animi irati propitidine. Ra- tio autem excusans eos a mortali est, quia illo- rum verbis non solet fides adhiberi, nec gra- uiter eorum laeditur honor, deestque ut in plu- rimum nocendi grauitur intentio. Si vero inten- dant, aut sciant laesionem fore grauem, lethali- ter proculdubio delinquent. Nullum peccatum erit, verba contumeliosa proferre Praetatum patrem, maiorē natu, cum acrius inferiores solo animo corripendi, adhibito moderamine, capunt. Valent. 2, 2, d. 5, qu. 16, punct. 1, assert. 3. Fillius. tract. 40, cap. 3, qu. 4. Reginald. lib. 24, num. 101. Molina tom. 4, tract. 4, d. 18, num. 3.

Omnes contumeliae sunt eiusdem speciei. Quia quavis in verbis diuersitas cernatur, conueniunt tamē omnes in ratione formali, quae est inte- tio auferendi alterius honorem sine iusta causa. Vnde colligo, satis esse in confessione dicere: species. Toties proximum contumelia graui affeci, nec re- quiritur, ut dicatur: Illū ebriū, adulterū, stultum vocitauī. Aliquando tamē contumeliae grauitas tantum augeri potest, ut eius expressio esset de confessionis necessitate: ut si quis hereticus, aut patriae proditor appelleretur. Item si contumelia parentibus inferatur, habet specialem malitiā contrariam pietati parentibus debite. Sotus l. 5, de inst. q. 9, a. 1. Sa verb. Contumelia. Caiet. 2, 2, qu. 72, art. 1. Azor. part. 3, lib. 13, cap. 5, qu. 1. Mol- ina tom. 4, tract. 4, d. 21, num. 6. Reginald. l. 24, num. 102.

Contumelia grauius peccatum est detractio- ne ratione maioris voluntarij. Quia contumelia

Sect. I. De Precento 8. Recept. Sentent. 363

est grauius
peccatum
quoniam detra-
hit.

melia sit in praesentia, & laesus scienter, & in-
uitus iniuriam, quae sibi inferitur in praesentia
patitur: detractio vero cum in absentia fiat,
non sic proximum afficit. Bañes 2. 2. qu. 7. d. 2.
Azor. part. 3. lib. 13. cap. 6. qu. 3. Filliuc. tract. 40.
num. 64. 67. & 87.

46
Qui contu-
melia proxi-
mum percu-
tit, debet ei
satisfacere.
Plures inae-
quales satisfactio-
nis modus.

Qui iniuste alterius honorem contumeliis,
irrisione, &c. laesit, ad satisfactionem tenetur,
siue id fecerit publice coram aliis, siue priua-
tim coram illo solummodo. Quia veram iniu-
riam contra iustitiam commutariam gessit.
Varij adfunt honoris restituendi modi, ex quib-
us is solum necessarium eligendus erit, quo
prudens iudicio satisfactio honoris violato. Non-
nullos exhibeo. Potest restitui honor amica, &
honorifica salutatione, aut compellatione: &
hic fere sufficit Praelatis, & Superioribus erga
inferiores. Vel adhibendo ad mensam, dando
locum honorificum, propinando, &c. & hic
saepè sufficit inter eos, qui paris sunt conditio-
nis. Vel petendo veniam, quo modo inferiores
erga Superiores vt debent, & aequales inter
se, quando verò atrox iniuria, tum maior debet
exponi submissio: sed qui iniuriam intulit,
non tenetur eam ante Iudicis sententiam prae-
stare. Azor. part. 3. lib. 13. cap. 10. Bonac. de restit.
d. 2. qu. 5. punct. 2. Lessi. lib. 2. cap. 11. dub. 27.
num. 140. Reginald. lib. 10. numer. 354. & 355.
Filliuc. tract. 32. cap. 9. qu. 11. Qui autem ali-
quem vera contumelia affecit, sed occultata, po-
test, & tenetur dicere, se fuisse mentitum, vt
laeso satisfaciat. Quia se vera mentitus est, lo-
cutus namque fuit cum discrepantia à proprio
conceptu, in quo consistit mendacium: habet
enim conceptum, quod non poterat obici in
contumelia aliquid occultum, & nihilominus
obiecit: vnde locutus est cum discrepantia à
proprio sensu. Imò si ei fides non adhiberetur,
tenetur iurare, se fuisse mentitum, cum debeat
delere omnino iniuriam illatam, quam delere
non valet, nisi se mentitum esse credatur: vnde
cum verè possit dicere se mentitum, debet ad
fidem acquirendam iuramenti medium adhi-
bere, sit necessarium. Palqualig. in decis. mor.
decis. 43.

47
In tribus ca-
sibus priuata
persona tenetur
contumeli-
am repellere.

Melius quidem maxime in personis priuatis
verba contumeliosa pacato animo sustinere:
imò tenetur vnusquisque paratus esse ad iniu-
rias sustinendum, quando iuxta Dei legem
fuerit opus; aliquos tamen casus enuncio, in
quibus priuatae personae huiusmodi contumelias
tenentur repellere. Primus est, bonum eius,
qui contumeliam intulit: cum enim quis ani-
maduertit, ex eius resistentia reprimenda con-
uictum proferentis audaciam, ita vt in posterum
huiusmodi iniuriis proferendis non assuescat:
tunc illi debet leniter subtaxando respondere
Christi Domini percussu exemplo. Quid me ce-
dis Ioa. 18. Secundus est propter bonum alio-
rum tam praesentium, quam absentium, quo-
rum profectus per huiusmodi contumelias no-
bis illatas impeditur, si non responderemus.
Tertius est, quando quis verba contumeliosa
audit contra fidei, aut Religionis honorem;
tunc audiens proferentem talia verba acriter
reprehendere tenetur, etiam si scandalum infi-
delium sequatur. Alens. part. 1. qu. 128. memb. 4.
Sotus de iust. lib. 5. qu. 9. art. 1. Valent. tom. 3. d. 5.
qu. 16. punct. 1. Sancius in select. d. 46. num. 7.
Non sunt autem repellendae contumeliae ar-
Esob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

morum percussione. Quia hoc esset se ipsum
vindicare. Neque imponendo contumeliam au-
thori falluntur. Quia mendacium nun-
quam non est intrinsecè malum. Quidem qui
iniuria afficitur poterit dicere contumelioso,
Mentiris. Quia non potest depelli iniuria, nisi
contumeliola verba, vt falsa reiciantur, &
ostendatur falso nobis contumeliam irrogari.
Si vera sit contumelia, & vt falsa à nobis non
depellitur, remanet, vt veraciter dicta. Et qui-
dem contumeliosus inurens alterius honori
maculam, mentitur, quia dicit animo iniusto
esse illam maculam in honore, quae non est: &
praesumitur loqui aliter, ac sentit; quia loquitur
contra communem sensum, cui in externo
se tenetur conformare: & idè dum non vult
conformare se, vult loqui aliter, ac cognoscit,
se loqui debere, in quo mendacium consistit.
Hurtado de Mendoza meus propinquus, ac
Magister 2. 1. tom. 2. d. 170. section. 14. §. 1. 1.
Palqual. decis. 440. citans Bañes Aragon.
2. 2. qu. 70. art. 1. concl. 3. Sa verb. Insamare. in 4.
Sayr in Clauis, lib. 12. cap. 4. num. 14.

Enim verò Derisio est actus, quo honor alte-
rius verbi, vel facti violatur cum intentione in-
fundendi confusionem, vel erubescientiam. Differt
à contumelia eo quod derisio fiat ioco, & ha-
beat pro fine proximi erubescientiam per si-
gnificationem inordinatam mali culpa, aut
poenae, vel defectus naturae: contumelia verò
seriè proferitur. Peccatum lethale est, quando
adeest intentio grauitè proximum confunden-
di. Vel quando grane peccatum manifestatur,
vt cum adulterium vxoris obicitur. Vel quan-
do derisus grauitè contristatur. Aliàs derisio
plerumque est veniale, vel ratione leuitatis
materiae, vel imperfectae deliberationis. Imò
aliquando excusari potest ab omni peccato de-
risio: verbi gratia, si fiat ad corrigendum pro-
ximum, vel honeste recreationis causa, & tunc
est actus virtutis entrapeliae, quae ad honestas
recreationes inclinatur; adhibenda tamen sem-
per est prudens moderatio, cum grauitè saepe
delinqui possit ratione grauis erubescientiae,
qua derisus afficitur. D. Thom. 2. 2. qu. 75.
Syluest. verb. Derisio. Nauar. sum. cap. 18. num.
13. 6. Caiet. verb. Derisio. Valent. 2. 2. d. 5. §. 18.
punct. 2. Azor. tom. 3. lib. 13. cap. 9. Sayr in Clauis,
lib. 12. cap. 5. num. 9.

Derisio, quae fit per contemptum personae,
tandem erit grauius lethale crimen, quanto
personae, quae irridetur, maior debetur reueren-
tia. Vnde primum locum improbitatis obtinet
Dei irrisio, quae specie non distinguitur à blas-
phemia. Secundum tenet irrisio patrum.
Valent. 2. 2. d. 5. §. 8. punct. 1. Caiet. verb. Derisio.
Sylui. 2. 2. qu. 75. art. 1. Syluest. verb. Derisio, in
mor. 2.

CAPVT VI.

De Surratatione.

SURRATIO est locutio ad seminandum
inter fratres discordiam, ac honestam surratio-
nem dissoluendam. Formalis est illa, quid, & quod
habetur

peccatum.
Criminus qui-
dem detra-
ctione & con-
tumelia.

quae si cum peccandi intentione, & honestam dissolendi amicitiam. Ex genere suo mortalis est. *Leuit. 19. Non eris criminator neque susurro in populo.* Quia tollit amicitiam, quae est maximum bonum. Unde est grauius peccatum detractione & contumelia. Quia bonum amicitiae praestat bono famae & honoris. *Nauar. sum. cap. 18. num. 13. Sayr. in Clau. lib. 12. cap. 5. num. 1. Salon. 2. 2. quae. 74. art. 1. Bonac. tom. 2. d. 2. q. 6. num. 1. Filliuc. tract. 40. cap. 5. num. 135. Trull. Decal. lib. 8. cap. 7. dub. 3. num. 1 & 2.*

52
Potest esse
veniale, tri-
plici ex capi-
tulo.

Potest esse veniale ex leuitate materiae, vel ex modo dicendi, ut si dicas iocose, aut ita, ut non credatur, aut laedat. Vel ex actus imperfectione, ut quando non laedit amicitiam, sed amicitiae excessum, nimiam scilicet familiaritatem, manente tamen quodam substantiam amicitiae eadem benevolentia. *Salon. 2. 2. q. 74. art. 1. & alij communiter.*

53
Susurratio
materialis
aliquando est
lethalis, ven-
ialis aliquan-
do.

Susurratio materialis ex genere suo lethalis non est sed aliquando lethalis, venialis aliquando. Materialis dicitur, quando malum profertur non eo fine, ut discordia disseminetur, sed ex loquacitate, vel affectu quodam susurrandi. Et quidem si tunc graue malum dicatur aduertenter, quod sit amicitiae dissolutio, erit mortale; si vero non dicatur graue malum, vel non sit aptum, graues generare discordias, erit tantum veniale. *Salon. 2. 2. quae. 74. art. 1. Trull. Decal. lib. 8. cap. 7. dub. 3. numer. 4. Filliuc. tract. 40. numer. 138.*

54
Potest esse
opus virtutis.

Si quis citra mendacium, aut infamationem aut peccati alicuius reuelationem, amicitiam pernitiosam dissoluat, non solum non peccat, imò actum charitatis exercet. Unde non erit peccatum amicitiam concubinatorum dissolvere, ad quem finem scilicet erit, vitia naturalia commemorare, vitia publica obiciere: verbi gratia, Concubina tua est deformis, ignobilis, publica meretrix, &c. *Sayr. in Clau. lib. 12. cap. 5. num. 4. Filliuc. tract. 40. num. 138.*

55
Est aliquan-
do cum de-
tractione con-
iuncta.

Aliquando susurratio est cum detractione coniuncta: quo casu sunt duo peccata distincte confitenda cum obligatione famam restituendi, ut quando verbis detractoris, & infamatoris dissoluit honestam alicuius amicitiam. *Salon. 2. 2. quae. 74. art. 1. Bonac. tom. 2. d. 2. quae. 6. num. 2. & alij.*

56
Distinguitur
contumelia
& detractione.

Distinguitur susurratio à contumelia: quia haec fit in praesentia, in absentia illa. A detractione vero, quia quamvis una & altera in occulto fiant, finis tamen, ac ratio formalis susurrationis est honestae amicitiae dissolutio, detractio vero, famae denigratio. Unde fit, ex susurratione oriri obligationem restituendi; quia est peccatum contra iustitiam: affert enim iniuste graue alteri malum, ideo susurro tenetur id ex iustitia rescire. *Bonac. tom. 2. d. 2. quae. 6. punct. 2. nu. 1. & 7. & alij.*

57
Non licet ob
proprium veni-
litatem alteri
dissolvere
amicitiam.

Non licet ob propria utilitatem per susurrationem alium excludere ab alicuius amicitia, quam ipse ambir, mediis illicitis, id est fraude, dolo infamando proximum, seminandum odia, aut spolando fratrem re aliqua in quam habet ius: esset enim graue contra iustitiam crimen. *Filliuc. tract. 40. numer. 139. Sorus libr. 5. de iust. quae. 11. Salon. 2. 2. quae. 74. art. post 2. concl. Sayr. in Clau. lib. 12. cap. 5. nu. 5.*

Omnes susurrationses sunt eiusdem speciei infimae, sicut sunt omnes detractiones, ac omnia sunt contumeliae. Quia susurratio non respicit cui bono amicitia nitatur; sed solum intendit, illam dissolvere, abstrahendo ab hac, vel illa amicitia, sicut odium est infima & atomata species, licet mala, quae per odium desiderantur proximis, varia sint, & specie distincta. Quia ad odium tantum pertinet vel le malum proximo, ab hac, vel illa mali speciei abstrahendo. *Salon. 2. 2. quae. 74. art. 1. concl. 2. Trull. Decal. lib. 8. cap. 7. dub. 3. & alij communiter.*

CAPVT VII.

De Maledictione.



MALEDICTIO est malum sub ratione mali alicuius desiderare. Altera est formalis & propria quando malum ex corde desideratur: altera materialis, & impropria, quando malum non desideratur ex corde, sed tantum ore exprimitur. Formalis fuit ex genere est lethalis, quia procedit ex interno odio, & proximi charitati directe repugnat: & tanto grauius piaculum est, quanto strictius tenemur personae, cui maledicimus diligere. Unde *Leuit. 20. Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur.* *D. Tho. 2. 2. quae. 76. art. 2. & omnes.*

Est autem venialis, si malum sit leue, si desit plena deliberatio voluntatis, & intellectus aduertentia. Unde qui ex ira, & passione maledicunt, si plena deliberatione non aduertant, non peccant lethaliter. Quod si aduertant deliberatè, ex corde se grauius proximo maledicere, lethaliter delinquant, quamvis statim eos poeniteat. Quia sufficit scienter, & ex corde maledicere. Igitur ut maledictio sit mortale peccatum, requiritur primum, ut ipsa imprecatio mali sit ex animo. Secundo, ut adsit plena animi deliberatio. Tercio, ut malum quod imprecatur alteri sit graue. Quare si aliqua ex hisce tribus conditionibus desit, erit solummodo venialis. *Sayr. in Clau. lib. 12. d. 5. n. 13. Villalob. 10. tract. 3. diff. 9. num. 4. Trull. Decalog. libr. 9. capi. 7. dub. 4. numer. 1. & alij.*

Iam vero, ut dignoscas quando lethalis est quando venialis maledictio, (ex Caietani mente verbo, *Maledictio*) obicienda persona, cui maledicis. Nam si inimicus sit, quem capitali odio prosequeris, regulatiter erit mortalis quia ex corde oritur grauis illa imprecatio. Secus si parès filius, dominus seruis maledicat, frater fratri, amicus amico &c. Quia sapius eas proferunt imprecationes ex subito iracundiae motu absque notabilis damni desiderio. Hinc excuso à lethali muliercolas ex praua consuetudine maledicentes liberis famulis; quia ex corde maledictio non prodit. *Azor. 10. 3. lib. 13. c. 10. Diana pa. 2. rr. 6. resol. 13.* Certè ubi adest dubium, an hæc concurrant, confitenda

ELSCOBAR
Theol. Mor.
Tom. III. IV
E. IV

Secl. I. De Præcep. 8. Recept. Sentent. 365

confitenda sunt maledicta tanquam lethalia
piacula.

62 Licitum est, ne mali alicui desiderare. Licitum enim esse desiderare proximo malum sub ratione boni, affirmit. Quia ita potius bonum quam malum ei desideramus. Hoc equidem sit primo ob Dei gloriam, qua ratione Propheta mala peccatoribus precatur, ut Elias 4. Reg. 1. Eliseus pueris, c. 2. Noë filio suo, Gen. 9. David Psal. 108. & alibi passim. Secundò ob bonum commune. Sic licet desiderare, ut Turcæ, & alij noxij conuertantur, aut tollantur, è viuis. Tertio, ratione iustitiæ, sic iuste optamus, peccatores à Deo, vel à Iudice puniri. Quarto, ratione proprii boni honesti: Sic puella quæ sollicitatur à iuvene, potest expetere, ut agitudine corripiatur, aut obeat Quintò, ratione boni vtilis, ut infirmetur, aut fiat pauper, qui iniustam (secus si iustam) mecum litem init, ut respiciat. Sic idem licet vxori marito desiderare, qui omnia bona dissipat. Sayr. in Clauis, libr. 1. cap. 5. numer. 12. Filliuc. tract. 40. num. 149. Palao tract. 6. d. 4. pun. 2. num. 9.

63 Maledicere creaturas irrationales, ut sunt effectus Dei, & in illis diuinitas relict, est peccatum lethale blasphemia. Quia perinde est, ac Deum ipsum maledicere. Eas maledicere, ut sunt viles proximo, idem peccatum est, ac si ipse proximus maledictione afficeretur. Quia procedit talis maledictio ex proximi odio. Sic qui imprecatur sterilitatem agrorum homini famem imprecatur. Maledicere creaturas secundum se, solum est veniale. Quia non sunt ex se capaces benedictionis, nec maledictionis: estque hic actus solummodo otiosus, & vanus. Quatenus creatura in loco aut tempore, malum aliquod continet, eam nobis maledicere licet; ita Iob diei natiuitatis suæ maledixit, id est, originali peccato, quod eo die contraxit: & David monti Gelboe, id est, homicidiis in eo factis. Salon. 2. 2. 9. 76. concl. 4. Sayr. in Clauis, l. 12. c. 5. n. 19. & 20. Filliuc. tr. 40. n. 7. Tull. Decal. l. 8. c. 7. dub. 4. n. 4. Bonac. l. 2. d. 3. q. 6. pun. 3. n. 4. Villalob. tr. 3. de charit. diff. 9. num. 6.

64 Porro maledictio materialis, quæ scilicet malum profertur sine intentione, ex suo genere tantum est veniale. Quia deest intentio, & documentum minime infertur, cum verba sine intentione vim ad illud inferendum non habeant. Imò si ioco aculdo dicantur, ut solent in conuiujs ludis, ac comedijs ad honestam recreationem, nec veniale sunt. Ex circumstantia tamen potest esse mortale: v. gr. si Prælati materialiter tantum suos subditos maledicant, propter scandalum; vel si filij parentes, ob eandem rationem, & ob grauem irreuerentiam. Maledictiones autem superiorum in inferioribus committere sunt veniale peccatum: quia plerumque deest intentio: Sic parentes filios maledicentes à mortali excusantur dummodo graue non adsit scandalum. Sayr. in Clauis, l. 12. c. 4. n. 16. Filliuc. tr. 40. n. 148. Salon. 2. 2. 9. 76. concl. 3. Trull. Decal. lib. 8. cap. 7. dub. 4. num. 5.

65 Parens, qui filio mortem imprecatur, ne in futurum delinquant, à peccato excusatur. Quia id ex motiuo fit licito Nauar. sum. c. 1. n. 86. Lessi. l. 1. c. 45. dub. 5. num. 30. Reginal. l. 18. nu. Elcob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

203. Caiet. 2. 2. quest. 13. art. 1. Bonac. tom. 2. d. 3. q. 8. pun. 1. num. 6.

In exitiali statu eos esse iudice, qui consue-
dine maledicunt ex animo: idemque absoluen-
dos non esse, donec corrigantur. Monuimus
denique parentes à maledictionibus in filios
abstinere memores, Deum non senel permat-
tere, ut filiis imprecata mala contingat, non
quod verba ad id malum inferendum habeant
vim, sed quia id Deus malum peccatorum fi-
lij disponit in penam. Vill. lob. tr. 3. de charit.
diff. 9. num. 7. Salon cuiusdam matris filium ma-
ledicentis confirmat exemplo 2. 2. qua. 76. fine.



CAPVT VIII.

De Iudicio temerario, Suspensione, Du- bitatione.

IUDICIUM non est assensus, sed veluti animi suspensio, suspitio, Iudicium, sus-
pitio, est assensus debilis, iunctus cum dubi-
tatione, seu formidine opposi-
ti, & parum, vel nihil ab opinio-
ne differt. Iudicium (quod & credulitas appella-
tur) est firma animi sententia, suæ assensus.
Laym. lib. 3. sect. 5. tract. 3. part. 2. cap. 1. n. 1.
& alij.

Dubitatio, suspitio & iudicium aliud est
prudens, quod nititur sufficientibus indicijs,
seu coniecturis ad generandam alicui dubita-
tionem de alterius probitate, suspitionem, vel
iudicium de improbitate. Aliud verd est teme-
rarium, & imprudens, quod sufficientibus indi-
cijs non nititur. Maiora autem indicia requi-
runtur ad suspicandum, quam ad dubitandum;
& adhuc maiora ad iudicandum, quam ad sus-
picandum. Medina in tract. l. 1. c. 14. §. 37. Molina
to. 4. tr. 4. d. 15. ex Abbate ad c. Quanto de
presum.

Licet autem iudicium vel suspitio temera-
ria, sicuti & hæresis, blasphemia, &c. sint pec-
cata subiectiue in intellectu, ut docet D. Tho.
1. 2. q. 74. a. 2. & Caiet. lib. 1. consensu tamen vo-
luntatis necessarius eam requiritur, ut forma-
lem peccati habeant rationem Laym. l. 2. sect.
5. tr. 3. p. 2. c. 2. n. 3. Vnde etiam intellectus suapte
motu discurrendo ex inditijs seu coniecturis
apprehensis sinistrum de proximo iudicium in-
ferat etiam motu suo circa res diuinas discurren-
do cogitationes hæreticas, blasphemias, &c. Illi-
arinterim tamen dum voluntas plena deli-
beratione non consentit intellectus, non com-
mittitur peccatum lethale hæresis, vel teme-
rarij iudicij, quamvis interdum venialis culpa
committatur, si voluntas in eiusmodi prauis
cogitationibus expellendis, vel intellectui cō-
trariis obiciendis culpabiliter se negligentem
præbeat; aut si post imperfectā animaduersionem,
deliberationemve imperfectā, aut potius
per assuetudinem intellectui iudicanti con-
sentiat. Molina tract. 4. d. 13.

Suspiciari, vel iudicare de proximo, ubi suffi-
cientia indicia se producunt, excluso odij affectu,
nec iustitiæ, nec charitati repugnat. Quia pro-
ximus ius exilimationis suæ amisit compa-
ratione

H h 3 ratione

ratione eius, cui crimen sufficientibus cognitum est iudicis. Azor. *part. 3. lib. 3. cap. 11. qu. 3.* & alij communiter.

71 *Temerè pro-*
ximum iudi-
care, & suo
genere mor-
tale est.
Temerè iudicare proximum est peccatum iustitiae oppositum, ex genere suo mortale. Quia quisque ius habet ad bonam existimationem sui, seu famam, donec de eo crimen dignoscatur, iuxta illud vulgare: *Quisquis presumendus est bonus, donec demonstretur malus.* Ergo infert injuriam, qui illum in corde suo temerè iudicat. D. Thom. 2. 2. q. 60. art. 3. & alij communiter.

72 *Quanam re-*
quiratur, ut
mortale sit.
Verum ut sit peccatum mortale requiritur, ut sit de re gravi, id est tali spectatis circumstantiis personae, &c. ut is, de quo finitè iudicatur, si sciet, tale de se iudicium temerè conceptum esse, merito gravem injuriam, & lationem existimationis suae censeret. Item requiritur perfectio actus. Unde consequenter iudicium duplici ex capite potest fieri veniale nempe ob materiae levitatem spectatis circumstantiis personae, &c. & ob actus imperfectiōnem, seu cum voluntas temerario intellectus iudicio imperfectè consentit: seu cum iudicandi temeritas est exigua, nempe tantis indicis excitantibus, ut parum absit, quin prudentis viri definitivam sententiam mereatur. Lessi. *lib. 2. cap. 29. dub. 2.* Molina *tract. 4. d. 5. §. 16.*

73 *Temerè sus-*
piciari, suo ex
genere sit ve-
niale.
Temerè de proximo suspicari suo ex genere estolummodo veniale. Quia per suspensionem fama parum laeditur, adeoque exiguum proximo nocumentum infertur. D. Thom. 2. 2. q. 60. art. 3. Navarra *de restit. lib. 2. cap. 4. numer. 45.* Molina *tractat. 4. d. 16.* An suspicio de gravissimo scelere nempe de adulterio, prodicione, &c. levissimis indicis sit mortalis ad Problema proprium spectat.

74 *Temeraria*
dubitatio ve-
nialis etiam
est.
De temeraria verò dubitatione constantius assero, ad mortale peccatum non peruenire. Porro temeritas dubitandi in eo consistit, si proditis sufficientibus indicis de alicuius probitate, ob quae merito illum bonum, & innocentem iudicare debeas nihilominus positivè de eo dubites, id est, iudices in utramque partem dubium, & incertum esse, bonum nē sit, an malus. Quod si talem dubitationem exterius significes, verbis gratia, si id in mores eius inquiras potest interdum lethaliter delinquere. Lessi. *lib. 2. cap. 29. dub. 3. numer. 25.* Layman. *lib. 3. sect. 5. tract. 3. part. 2. cap. 2. numer. 6.*

75 *Quo sensu*
14.) Dubia in meliorem partem interpretanda
accipien-
dum, axio-
ma illud:
Dubia in meliorem enim obligatur, ut errandi sese exponat periculo: cum autem existimatio repugnet dubitationi, eo ipso quod habeo sufficientia argumenta dubitandi de alicuius probitate, nō sine erroris periculo intellectum ad alteram partem quamvis benigniorem inclino. Sed dictum illud debet accipi ex hypothesi, videlicet equalibus utrinque existentibus indicis, tūm pro hominis innocentia, tūm nocentia: si iudicium ferre velim, potius inclinandum esse intellectum in partem benigniorem. Quia satius est, in dubio frequenter falli, bene opinando de proximo, quam malè opinando, vel semel de-

cipi. Caiet. 2. 2. q. 6. a. 4. Molli. *tr. 4. d. 18.* Lessi. 1. 2. c. 29. dub. 4. Richard. in 3. dist. 33. art. 3. qu. 7. ad 1. Et Apostolus monet 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare: quoad usque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum.

CAPVT IX.

De Fama, & Honoris Restitutione.

76 *Qui famam*
abstulit tenetur
ad restituendum
eam, quia
damnum
est.
T obliget restitutio famae vel honoris, tria requiruntur. Primum, ut fama sit iusta, verè fuerit ablata. Quia quantumvis verba famae laesiva, ac diffamatoria dicuntur, si à parte rei infamatio nō sequatur, vel quod non credatur detrahenti vili quidem, vel quod persona, de qua dicitur talis ignominia capax non sit, locum non habet satisfactio. Secundū, ut fama iniuste auferatur, nam si auferatur iuste, nō la est obligatio restituendi: cum sola ea peccata inducant obligationē hanc, quae sunt contra iustitiam, unde qui bona fide proximum infamavit, narrando illius peccatum, quod putabat esse verum, & publicum, ad restitutionem tenetur statim, ut cognoscit, se famę alienae esse detractorem: non tamen cum propria infamia, vel magno fortunarum suarum damno, sicut tenetur, qui cum iniustitia lethali culpa diffamavit. Molina *de iust. tract. 4. d. 40.* Sayr. in Clavi. *lib. 1. cap. 6. numer. 16.* Reginald. 1. 10. n. 337. Sylvi. 2. 2. q. 62. art. 2. qu. 9. Valent. *ibi, d. 5. qu. 6. punct. 5.*

77 *Qui famam*
abstulit tenetur
ad restituendum
eam, quia
damnum
est.
Qui famam abstulit sub mortali tenetur ad restitutionem tam famae laesae, quam aliorum damnorum, quae ex infamia fuere secuti. Et hoc verum siue infamaverit falsum crimen imponendo, siue occultum aperiendo peccatum. Attamen qui iniuste fuit causa, nē infamatus à se aliquod assequeretur bonum, verbis gratia, officium, aut beneficium, non tenetur ad restitutionem quanti valebat officium, aut beneficium; sed quanti valebat spes obtinendi. Quia bonum in spe minus quam in re valet. Si verò detractor fuit causa, ut alter privatus fuerit officio, seu beneficio iam obtento, tenetur ad restitutionem quanti re vera valet officium, vel aliud bonum. Quia restitutio facienda est secundum equalitatem pro damno illato. Navarra *de restit. lib. 2. cap. 4. numer. 373.* Lessi. *lib. 1. cap. 11. dub. 19.* Navar. *sum. cap. 18. numer. 43.* Bonacin. *de restit. dubio secundo, qu. 4. punct. 16. numer. 1.* & 2. Sayr. in Clavi. *lib. 1. cap. 3. numer. 37.*

78 *Quandam de-*
beat, & quid
de non debeat
fama cum
erita perire
potest.
Scio, quatuor esse honorum Ordines, scilicet, animae, corporis, famae, seu honoris, & peccunia: & bona primi Ordinis esse potiora bonis secundi: & secundi potiora tertij: & tertij quarti potiora. Unde infero, quando ex infamia illata non evenit alteri damnum in bonis restitutoris Ordinis, nempe in spiritualibus animae, aut in vita corporali, nullā esse obligationē famam restituendi cum vitæ periculo. Quia nullus tenetur ad restitutionē bonorū inferioris Ordinis cum notabili boni Superioris damno: vita autē est Ordinis altioris bonum: ergo. Navar. *sum. c. 18. n. 47.* Caiet. 2. 2. q. 62. art. 3. Navarra

ELSCOBA R
Theol. Mor.
Tom. III. IV.
E. IV.

Seet. I De Præcepto 8. Recept. Sentent. 367

narra de rest. l. 1. c. 4. m. 405. Rebel. de rest. l. 4. q. 13. m. 1. Limitat Sylui. 2. 2. q. 62. a. 1. q. 13. nisi forte bona inferioris ordinis tantum essent momenti, ut prudentis viri iudicio bonis ordinis superioris præponderarent.

79 Commutativa exigit iustitia, ut restitutio geratur in bonis, in quibus quis iniuste proximum læsit, nempe ut vitam pro vita exponat, si eam in periculum per iniuriam coniecit: famam pro fama, pro pecunia pecuniam. Quia per illa tantum fit æqualitas. Quod si huiusmodi æqualitas fieri nequeat sine iactura boni superioris, restitutio censetur impossibilis. At quando ex infamia, quam intulisti vni, vel pluribus periculum vite eis impendit, etiam cum periculo vite teneris reparare, non ratione solius infamiae sed ratione damni, quod ex ea sequitur. Sayr. in Clau. l. 11. c. 7. m. 4. Sylui. 2. 2. q. 62. a. 6. q. 5. 6. Lessi. l. 2. cap. 11. dub. 19. numero 87. & 31.

80 Quando à te infamatus suis bonis actibus famam deperditam recuperavit, præcisè ratione boni actus non teneris ad restitutionem. Quia iam infamatus nullum patitur damnum. At si ex infamia aliquod accidit incommodum, ad illius teneris reparationem, cum ex iniustitia tua provenit infamia. Pro medio autem tempore, quod inter famae ablationem & illius recuperationem intercessit, aliqua est exhibenda satisfactio, puta significatio doloris, & venia petitiō, si eam postulet infamatus: alias eam satisfactionem offerre non est in usu. Reginal. l. 10. numero 340. Lessi. l. 2. c. 11. dub. 17. Molina tr. 4. d. 24. numero 3. Sa. v. Restitutio, num. 31.

81 Qui non potest famam restituere, non tenetur ex iniustitia illam pecunia compensare, si infamia revocatione dictorum tolli nequit. Ex æquitate tamen fieri potest, ut qui nequit famam restituere, illam pecunia compensare teneatur: ut si infamatus sit inops, & compensationem pecuniariam expetat. Imò si infamator per iudicem condemnatur ad pecuniariam satisfactionem, vel si transgat cum eo, quem infamavit certa pecunie summa, ex iustitia eam exponere teneretur. Quia iusta sententia, aut firmata conventioni tenetur ex iustitia parere. Navarra de rest. l. 2. c. 4. m. 416. Azor. 10. 3. l. 5. c. 9. Reginal. l. 10. m. 342. Sa. v. Restitutio, m. 56. Diana p. 3. tr. 5. resol. 30. Sylui. 2. 2. q. 62. art. 2. quasi. 13.

82 Infamatoris hæres non tenetur loco defuncti ad famae restitutionem. Quia obligatio restituendi famam est personalis, quæ ad heredem non transit, sicut transit obligatio realis, quæ afficit bona defuncti. Ratione tamen datorum, si quæ fortasse ex infamia suborta fuerint, hæres ad restitutionem loco defuncti teneretur. Quia hæc obligatio non est purè personalis, sed afficit quodammodo bona infamatoris: unde cum ea affectione seu obligatione ad heredem transferuntur. Sayr. in Clau. l. 11. c. 7. m. 36. Navarra de rest. l. 2. c. 4. m. 416. Reginal. l. 10. numero 348. Lessi. l. 2. cap. 11. dub. 11.

83 Cum autem fama tripliciter lædatur, nempe verum crimen occultum aperiendo, falsum imponendo, infamando publicè aut privatim; qui alterum infamavit falsum imponendo cri-

men, tenetur quod dixit retractare, & omnem adhibere industriam, ut falsa illa opinio animis hominum eximatur, imò addito iuramento, si hoc fuerit ad restituendam famam, necessarium & rei gravitas postulet. Unde tenetur se deceptum fuisse, aut falsum dixisse, affirmare Reginal. l. 11. num. 341. Valent. 2. 2. d. 5. q. 6. pun. 3. Sayr. in Clau. l. 11. c. 7. m. 27. Diana p. 3. tr. 5. resol. 29. Tanner. 2. 2. d. 4. q. 6. dub. 6. num. 141. Qui autem famam abtulit dicatans crimen verum, sed occultum: non tenetur, neque potest dicere se mentitum, quia hoc esset mendacium patrare, quod intrinsecè est malum. Debet ergo lapidis coram iis, apud quos diffamavit; infamatum laudare, virtutes eius commemorando, cum se occasio obtulerit, nulla facta criminis detecti mentione. An talis satisfactio sufficiat, proprio Problem. sect. 2. indicabo. Azor. 10. 3. l. 5. c. 9. q. 7. Navar. sum. c. 18. num. 45. Navarra de rest. l. 2. c. 4. numero 443. Rebel. de rest. l. 4. q. 12. numero 4. Diana p. 3. tr. 5. resol. 30. & 34.

Iam verò causas, quæ à famae restitutione exculant, annuero. Prima est iusta condonatio, id est, quæ non sit contra iustitiam, nec res à fama vergat in alterius detrimentum; nam illa quæ est contra iustitiam non est valida: ut accidit, quando infamia condonantis positivè in alium exundat: v. gr. quæ est illata vni Religioso, Monasterium, aut Religiosos alios afficiens, vel vxoris iniuria refluens in maritum. Quia huiusmodi condonatio innocentis cedit in damnum, cuius iuri non potest alter cedere. Secunda est compensatio iusta, non quidem vicissim infamando eum, qui te infamavit: esset enim vindicta, quam nemo potest privata gerere auctoritate; sed si quis te afficit infamia, nec tu possis alia eam ratione avertere: licitum est tibi defectus aliquos illius occultos aperire, ne ipsi fides adhibeatur. Tertia est, si restitutio fieri non valeat nisi cum vite periculo. Quarta est, quando restitutio alienæ famæ geri non potest absque notabili propriæ famæ iactura, quæ sit longè maioris momenti; unde si vir illustis plebeium infamavit, non tenetur cum sui nominis iactura, quæ dixit, revocare: debet tamen aliter compensare, si potest, vel condonationem obtinere. Quinta, quando famæ restitutio facta est impossibilis. Sexta, quando crimen occultum iniuste reuelatum, postea alia ratione sit publicum: tunc enim infamatus per publicitatem criminis amisit ius ad famam. Septima, quando infamia iam prudenter estimatur abiisse in oblivionem. Octava, quando fama iam bonis actibus est recuperata. Non denique, quando detractio fuit inefficax, & nulla inde fuit infamia secuta; eo quod infamator nullius esset fidei, vel quia illi apud quos proximum infamavit, de eo fama iam sciebant. Navar. sum. cap. 17. numero octuagesimo nono. Bonac. de rest. d. 2. q. 4. pun. ult. m. 5. ad 14. Syluest. v. Detractio, q. 4. & alij communiter.